

(105) Viro Illustrissimo, Generosissimo  
 Dno Archiatro a Linné  
 Fautori suo, Patrono ac Praeceptoro maxime  
 venerando  
 S. pl. d.  
 J. Zoëga.

.....<sup>1)</sup> Koenig iam in Madera fuit; plura vero de eo non noui. Opus Consiliarii Holm de fungis mox prodibit. Ascanio Rex clementissimus quotannis centum thaleros Bibliothecae ad Regn. Anim. et Mineral. spectantis instruendae concessit, et bis centum thaleros pro pictore, vt inceptum opus, quod uidisse TE spero, perficere possit. Fieri etiam potest, ut in Noruegiam Historiae naturalis caussa proficiscatur. Naturalia Forskâhliana ipsi tradita sunt omnia; quid porro de iis fiet ignoro. Niebuhr proprias obseruationes ad Mathesin et Geographiam spectantes separatim editurus est, et iam in eo laborat. Plura noua litteraria me fugiunt..... Hafniae d. Vto Martii 1768.

(106) Generosissimo ac Praenobilissimo  
 Equiti a Linné  
 Fautori suo venerando  
 S. pl. d.  
 J. Zoëga.

.....<sup>1)</sup> Mitto simul, iussu Fabricii, muscos quosdam, quos in Anglia legit et nouos credit. Fabricius hic noster iam ex gratia Regis nostri clementissimi Professor Oeconomiae et Historiae naturalis denominatus est, simulque veniam accepit itinera sua continuandi. Erit itaque Ascanii collega, et beati Holmii locum replebit. Dabam Hafniae d. 7mo Maii 1768.

<sup>1)</sup> Om Sendinger af Planter.